



**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. LX. de clausula: Si est ita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

commissione simpliciter & diplono requiritur specialis commissio ut dicit glo. in verbo
 Committit us in cl. Se pe de verb fig. ergo requiritur specialis signatura. & sic v. e-
 retur quando unus regularis alterius habitus & professionis. si ordinis. peteret benefici-
 um alterius ordinis &c: quia tunc per signaturam simplicem non videretur facta muta-
 tio vel translatio religionis. vel habitus. etiam si in corpore peteretur per predicta iura: &
 sic audio quod practicat Cancellaria: Camera tamen etiam si esset frater de observatione
 & Francisci per alium simplicem signaturam daret habitus mutationem. & etiam reli-
 gionis translationem: & pro hac decisione sic intellecta. ut dixi. facit decis. lxxvi. quæ
 incipit Item si petatur committi cauam. & dec. cccl. quæ incipit. Itē si commit-
 tatur causa.

Et ista regula licet concernit etiam expeditionem. ut cancellaria det etiam translationē
 tamen quia etiam concernit iustitiae esset danda: idē si Cancellaria omittaret transla-
 tionem. tamen quia venit per simplicem signaturam. potest illa regula dari & quod loqua-
 tur ista regula de regulari eiusdem ordinis patet ibi. alterius monasterij vel loci sit &c:

COMMENTARIA. JO. A CHOKIER.

Quod non veniret) Nisi cum expressa clausula translationis. Rebuff. in
 praxi tit. de translat. monachorum. 18. Ceterum de translatione Religioni-
 forum. deq; potestate transfundi in alias religiones in triginta articulos divisa.
 vide abunde apud Emanuelem Rodericum g. Reg. tom. 3. quest. 52. per tot. ne-
 que enim sunt hujus loci.

Argumenta in Reg. LXVII. Innocentij VIII.

- | | |
|--|--|
| 1. IN Rescripto Apostolico , semper intelliguntur verba Si preces veritate nitantur. | ficienda: cum narrativa sit pars gratiæ. |
| 2. Conditio quæ inest non facit contradic-
tionem, si non exprimatur. | 6. Narrativa non verificata, censetur gratia subreptitia , nec ex ea consequitur quis ius in re, nec ad rem. |
| 3. Regula non est danda. | 7. Executores litterarum in forma gratiæ non tenentur verificare narrata pro executione facienda. |
| 4. Omnis gratia haber in se tacitam condi-
tionem, si preces veritate nitantur. | 8. Imperans quando parte opponente re-
natur verificare gratiam. |
| 5. Narrativa gratiæ ante omnia est veri- | |

Ttt 3

Regu-

Regula lxvii. Innocentij VIII.

DE CLAUSULA SI EST ITA.

Item quod in litteris super beneficiis per constitutionem Execrabilis vacantibus ponatur clausula, *Si est ita*: similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit quod si petatur beneficium vacans per constitutionem Execrabilis, non narretur aliquid quod requirat informationem facti, tunc debet poni in bullâ clausula *Si est ita*. hoc est quod dicit ista regula, & est iusta, & bona, tamen de dire idem est etiam non ponantur ista verba, quia semper intelligitur ista clausula, si preces veritate nitantur c. II. de rescript. I. universa C. de preci imperia, offe. & etiam clausula ipsa sita est semper intelligitur ut dicit gl. in d. c. 11. tamen ponitur expressè in hac Regula propter simplices animos dubitantes c. I. de nova forma fidel. coll. x. & l. 11. C. insidet videlicet. Item etiam est in istum quod ponatur, quia conditio quae in est, etiam de iure non facit contractum conditionalem si non exprimatur conditionis ff. de cond. & de monst. & not. in c. significasti de elect. idem mandatur poni hic.

Et hec regula non est danda: quia concernit expeditionem litterarum, & non bona decreta irritans. Vnde credo quod etiam si non poneretur ista clausula, si est ita, quod non propterea vitiaretur bulla per predicta iuris; nec esset rescribenda. Tamen autem quod unus novus Abbreviator qui omisit ponere, fuit condemnatus ad resarcendum expensas impetranti, & quod faceret bullam rescribi suis expensis secundum Confirmationem Cancellarie, & bene: sed ille misit ad Cameram, & transivit bullam ibi, & solvit ab quid Abbreviator sibi.

COMMENTARIA. JO. A CHOKIER.

AD iure idem est etiam si Omnis enim gratia habet in se tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, aut veris existentibus praenarratis, aut ut hic habetur si ita est. Riga in c. 2. nu. 29. de rescript. Feij in c. fin. nu. 29. de presumpt. Ideo omnis narrativa est ante omnia verificanda Cas. de Graaf. dec. I. nu. 2. de

de Rescript. Put. decif. 245. num. 1. lib. 1. Cum narrativa sit part. ipsius gratiae ,
Achilles de Grasis decif. 2. nu. 3. de Procur. Rot. decif. 534. nu. 1. p. 1. divers. eaque 6.
non verificata , gratia censetur subreptitia quoad effectum saltem utrendi , Ca-
put aquen. decif. 345. nu. 3. p. 2. nec ex ea consequtitur quis jus in re, nec ad rem ,
Et in tantum sunt narrata verificanda , ut etiam id obtineat parte non oppo-
nente, quia sunt pars gratiae, ut dictum est , & ita relavit Rota in una Casaran-
gofiana pensionis 20. Decembrie 1591. coram D. Pamphilio, & in una Serravien. paro-
chialis 1. Aprilis 1596. addit Bellam. decif. 666. incip. auditor nu. 1. Et quod dixi om-
nia verificanda intellige in gratiosis teste Put. decif. 322. nu. 2. lib. 3. Caput aquen.
decif. 27. nu. 3. & 371. nu. 1. p. 1. Mohed decif. 35. alias 304. de Remuniat. unde in
una Oscen. Archidiaconatus 19. Octob. 1601. coram D. Lancellotto fuit resolutum
Josephum teneri iustificare omnia delicta in sua gratia narrata , quia cum non
agatur ad solam privationem, seu depositionem possidentis, sed ad effectum ut
secuta privatione beneficium adjudicetur impenetranti, omnia sunt iustificanda ,
Bellam. decif. 735.

In rescriptis autem ad lites , ex pluribus narratis , satis est unum verificare
quod sufficeret ad movendum Principem Rota decif. 7. de Rescript. in No. Cres-
cen. decif. 1. de Feris, Achilles decif. 27. de Rescript. Lapis alleg. 23. in si. Mascal. de Pro-
bat. conclus. 325.

Adverte tamen quod Executores litterarum in forma gratiose non tenen-
tur verificare narrata pro executione facienda : nam ad capiendam possessio-
nen, probatio nequam requiritur Flam. Paris. de Resig. ben. lib. 10. q. 3 nu.
53. qui ait esse communem. Quamvis contrarium velit Zerola in praxi Episco-
pali p. 1. verb. Executor Apostolicus : sed ipse fallitur, cum loquatur in dispensationibus
quorum diversa est gratia. Executores tamen tenentur verificare, si
alius sit in possessione beneficij , quem debet citare, vel alias compareat legitimi-
mus contradictor, tunc enim executor tenetur assumere partes Judicis , & Im-
petrans verificate suam gratiam , & ejus narrata , maximè parte opponente ,
quia sunt pars illius , & subintelligitur clausula si preces veritatem tantur
c. 2. de Rescript. exceptis ijs quae jure presumuntur Iu. And. & alijs inc. 1. de tit.
contest in 6. Inno. in c. super litteris nu 19. de Rescript. Quin etiam parte non oppo-
nente Impetrans tenetur verificare narrata in gratia ut dictum est: quod intel-
lige, quoad ea quorum falsitas vitiat gratiam , ut quia Impetrans esset alias inha-
bilis, ut expressum Clericatum , vel dispensationem , vel quia sunt fundamen-
tum gratiae, ut reservationem, vel devolutionem narrata , vel quia gratia fuit
facta sub conditione, ut in pensione dummodo remaneant 100. pro Rectori,
seu dummodo dimidiam partem non excedat, vel quia alias Papa omnino non
concessisset , & etiam ea quorum expressio movit Papam ad facilius conceden-
dum, licet alias concessisset ut Doctoratum, Baccalaureatum, familiaritatem &c.
Bellam.

COMMENT. IN REG. LXVIII.

§24
Bellam. decif. 303. Parte vero opposente tenetur, verificare omnia narrata id est non solum jam dicta, sed etiam valorem beneficij, & narrativam obtentorum, put. decif. 24. lib. Flam. Paris. de Refig. ben. lib. 10. q. 3. nu. 40. ut & beneficij qualitatem, videlicet quod non requirat residentiam, diocesim suam, quae probare tenebitur, si opponatur, alias non, Nicol. Garcia tract. de ben. p. 8. c. 2. nu. 156. & seq.

Argumenta in Reg. lxviii.

INNOCENTII. VIII.

1. Intellectus hujus Regulae, obitum futurum.
2. Beneficium non potest impetrari per Regula haec an sit danda;

Regula lxviii. Innocentij VIII.

PETENTI PROVIDERI DE VACATVRO
DENTVR LITTERÆ DE VACANTI.

Item petenti sibi provideri de vacaturo dentur litteræ etiam de vacante, & è converso, prout expedierit impetranti.

Regula ista dicit quod si unus petit sibi provideri de beneficio vacaturo potest cancellaria dare clausulam, quod provideretur sibi de beneficio illo cum vacaverit per contractum matrimonij Titij, debet etiam ponis clausula, vel cum vacaverit per contradictionem matrimonij &c. prout voluerit impetrans, hoc dicit.

Et ista regula potest intelligi duobus modis: uno modo prout dixi, & alio modo quod loquatur Regula de impetrante tantum beneficium vacaturum, quod tunc ponatur clausula vel si vacat ad præsens, vel quod primo ponatur clausula si vacat ad præsens, & postea addatur: vel si vacaverit per eundem modum expressum, & non debet intelligi, quod si ego impetro beneficium vacans per mortem alicuius, quod ponatur clausula vel cum vacaverit per obitum ipsius &c.: nam ista regula loquitur de legitima impetratio permissa à iure, vel secundum stylum, & non prohibita perius, ut in hoc casu, faciat in simili glo. in l. i. C. de sacrolat. eccles. & l. ut gradatim ff. de mu. & A hon. nam alias effet deriso, & effet votum captando mortis illius, contra c. 11. de confess. præb. lib. vi. cum similibus. & si impetro beneficium vacaturum per afflictionem, vel per promotionem, tunc bene posset ponis clausula si vacat ad præsens etiam per obitum illius per hanc regulam, sed non per obitum futurum: & sic intelligi regulam 64. ibi præterquam si per obitum obtaintis vacare contigerit &c: quae verba sunt